



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Armandus animus in Octiduana Recollectione contra respectus humanos.  
Cap. IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

confureandi animæ tuæ imaginem, & denigrandi similitudinem cum Deo.

## CAPVT QVARTVM.

*Armandus animus in offiduanâ Recollectione contra respectus humanos.*

**I**n omni hominum statu, etiam religioso, propter humanos respectus, multa mala fiunt, & multa bona omittuntur, multa bona, etsi non omittantur, imperfectè peraguntur. Ideo sæpè commendare soleo mortificationem & abolitionem humanorum respectuum iis, qui volunt esse viri verè spirituales & perfecti. Ad hoc conducent sequentes considerationes.

33. *Primo*, Considera lumine fidei, & rationis naturalis te cognoscere, Deum esse præstantiorem, & tibi magis vtilem, maiorem benefactorem tuum magisque necessarium omnibus hominibus, non vno tantum vel duobus, & Deum magis esse metuendum, eiusque offensas magis cauendas, quàm illas hominum, ob quarum merum multa mala commisit, & multa bona omisit. Quanta ergo stultitia est, & impudentia, & facinus omni supplicio dignum, si malis offendere & contristare Deum, quàm aliquem amicam, dum, ne eum offendas & contristes, facis aliquid malum vel omittis bonum? Quâ fronte comparebis in iudicio particulari Dei, quando tibi id exprobrabit? Quid respondebis? Resolue ergo te ad demonstrandam hac quoque in re fidem tuam, quâ credis Deum esse cunctis hominibus præstantiorem, tibi que vtiliorem, & maiorem benefactorem & magis tibi necessarium, proinde maiorem habendum à te respectum Dei, mala verantis, bona tuadentis, quàm tui amici te ad contraria inuitantis, præsertim, quia si Domino alicui temporali magna authoritatis seruires, ob humanos respectus, nil contra eius præsentis voluntatem faceres. *Qui queso famulus*, inquit S. Chrysostomus, *antequam Domino debitum expleuerit ministerium, domus suæ vnquam prouidebit?* An non igitur absurdum est, inter homines, vbi nudum nomen est dominationis, tantam heris reuerentiam exhibere, atque obedientiam, verum autem Dominum, non nostrum solum, sed supernarum etiam virtutum, ne eodem quidem quo seruos nostros cultu & honore dignari: Detestanda spes humanorum fauorum & promotionum ad speciosa, sæpè huius rei est causa. Sed audi S. Augustinum id improbantem: *Tolle ab homine spem, quia maledictus omni qui spem suam ponit in homine. Si attendis ad hanc hominem, & eum quaris imitari, & ex illo pendere, ad huc lacte vi nutriris, & fies mammothreptus, quales dicuntur pueri, qui dâi sugunt, quod non decet. Etenim lacte vi, tanquam per carnem velle sibi cibum trahere, hoc idem est, per hominum vinere. idoneus esto ad mensam. Foris vilitate &*

fin Paulus vocatus.

conc. 1. in Pl. 30.

in malum incidisti, quem bonum putasti, ut in vberè quasi materno amaritudinem inuenires, & eâ offensione repelleres, & ad cibum validiorem inuiteris. Faciunt enim hoc nutrices mammothreptis, ut aliqua amara ponant in papillis suis, quibus offensa paruuli ab vberè resiliat, & ad mensam inhiat. Reli ergo à talibus, melioribus te adiunge, non in hominibus sed in Deo spera, qui adiuuat contemnentem humanos respectus, & eos qui plus faciunt diuina beneficia quàm humana: quæ cum longè minora sint diuinis, & non conferant ea in nos sine diuino beneficio & gratiâ, (omnia enim bona creaturis à Deo concessa sunt & conceduntur) non est Deus, ob humana beneficia benefactoribus nostris primùm, deinde per illos nobis collata, offendendus. Nam, ut ait S. Isidorus Pelusiota, *Qui iis à quibus primùm beneficio affecti sunt, etiam si illi minimè aqua petant, omnibus tamen in rebus obsecundare sat agunt, meo iudicio peccant, quamuis dum inique rei participes se præbent, culpam suam alterius iure obuolare videantur, nempe, quod iis à quibus beneficium acceperint, gratiam rependant. At verò conuenit, ut qui beneficio affectus est, ita beneficium referat, ut in bonis atque honestis rebus, eum, cuius beneficio vsus est, remuneretur, non autem in malis operam ipsi nauet. Hac enim non remuneratio est, sed iniustitia.*

*Secundò*, Considera, si duos haberes amicos, à quorum vno longè maiora bona facilius te posse consequi certè crederes, & maiora mala ab eo citius immisum iri existimares, quàm ab altero, procul dubio ob respectum huius amici, nequaquam offenderes priorem, in his occasionibus, in quibus nunc offendis Deum & contristas. Sanè nullus est tam emortæ mentis, qui oblatâ occasione malitè offendere Regem, quàm eius aurigam, quia ab illo summa sperare potest, non sic ab isto. Cùm autem præstantior sit Deus & liberalior, collatus cum Rege, quàm Rex cum suo aurigâ, quanta improbitas est, eo modo tractare Deum, quo tractares aurigam? Siquidem non dubitas per respectus humanos eo modo offendere Deum, & contemnere, quo offenderes & contemneres aurigam, in occasione offendendi Regem aurigâ meliorem, sed viliorem ac pauperiorem aurigâ, cum Deo collatum. Verè enim est quidam contemptus Dei, dum ob amorem alicuius personæ vel rei speratæ ab aliquâ personâ, fit id, quod fieri non debet, & est vitium, & quod Christus non faceret nec omitteret, si haberet eandem occasionem quæ se offert tibi, hîc & nunc. Omnia ista, inquit S. Augustinus, *quæ amant homines, quia noluit illa habere Christus, ut non habendo ostenderet* *cont. 1. in Pl. 30.* *contemenda quæ amant, contemnunt illum. Quam ad rem facit id quod scripsit S. Gregorius Nazianzenus: Cordatis hominibus plaris faciendum, magisq; curandum est iudicium Dei, quàm omnium aliorum in vnum coactorum. An tu duos quidem homines, quorum aliter acutior & sagacior, aliter imperitior*

1. epist. 328.

enar. Pl. 1.

conc. 1. in Pl. 30.

orat. 27.

35. Rom. & alibi.

hebetior esset, de eodem negotio in consilium adhibens, haud rectè à mente praeclus videtur, si relicto prudentis consilio, iudicium imperiti sequeris? (Neque enim Roboam laudem ex eo est consecutus, quod pro nihilo habità senum sententià, iuuenum consilium parit) Cum autem Deus & homines inter se expenduntur, iudicia hominum potiora duces quàm Dei? Nequaquam certe id facies, si me audias, rectèque sentias.

34. cap. i. vii. Scribit S. Bonaventura, S. Franciscum, cum nomen vellet dare militiæ, audiuisse in nocte Dominum familiari sibi allocutione dicentem: Franciscus, quis potest melius facere tibi, Dominus an seruus: diues an pauper? Cui cum Franciscus respondisset, quod tam Dominus quàm diues ferre melius potest; intulit statim: Cur ergo relinquis pro seruo Dominum, & pro paupere homine diuitem Deum? Et hoc audito cogitationem de militià abegit, & statum paupertatis elegit. Hoc tibi dici puta à Christo Domino, cum in occasione violanda alcuus legis vel regulæ incidis, & ad id prauo consilio alieuius inuitaris: O. N. quis potest melius facere tibi, Dominus an ille amicus? diues an pauper? & electionem S. Francisci humanos conculcândo respectus sectare, amplectendo Dei respectum, qui tibi est, fuit que semper & erit, plus quàm bonis sociis, plus quàm Benefactor, plus quàm omnia alia creata, quæ amas. Tales describit S. Augustinus: Vani homines aliquando dicunt sibi, Deus ad vitam æternam necessarius est, ad illam vitam spirituales; potestates autem istas (scilicet personæ, quarum patrocinia & fauores queruntur) debent à nobis coli propter ista temporalia. O vanitas generis humani! plus amas eas res, propter quas istos vis colere: Non vult autem Deus coli cum illis: nec, si ipse colatur multo amplius, & illi multo minus. Quid ergo, inquit, & isti non sunt necessarij ad hæc? Non, sed timendum est, ne irati noceant. Non nocebunt, nisi ille permittat. Isti semper habent volumatem nocendi, nec si placentur, nec si rogentur, desinunt nocere velle. Hoc enim malevolentia illorum proprium est. Ergo quid facies eos colendo, nisi vt illum offendas, quo offenso, in istorum potestatem daberis: Et qui tibi nihil possent facere illo placato, facient quicquid volum illo irato. Et vt noveris, quàm frustra illos colas, quasi propter temporalia, quisquis hæc cogitas: Omnes qui colunt Neptunum, non naufragauerunt: aut omnes qui blasphemant Neptunum, ad portum non peruenerunt? Omnes inuheres colentes Lunonem bene pepererunt: aut omnes blasphemantes Lunonem male pepererunt? Hinc intelligat charitas vestra, inanes esse homines, qui istos volum colere, vel propter ista terrena. Huc accedit, quia & ista ille dat qui offenditur, cum isti coluntur. Ergo relinquat nos Pater noster & Mater nostra: relinquat diabolus, relinquat Babylon Ciuitas: Dominus nos suscipiat consolandos temporalibus, beatificandos æternis: Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus assumpsit me.

35. h. 8. in ep. Rom. & alibi. Tertio, Considera omnes homines respectu Dei, esse minus quid, quàm sint lumbrici respectu hominis, vt non semel ait S. Chrysostomus, Si-

cut ergo deploranda esset illius proteruita & stultitia, & ingratitude qui mallet offendere suum Patrem & Dominum & Benefactorem summum, quàm eius caussâ lumbricum abominabilem; ita multo scelestior est is, qui ne offendant & contristet suum amicum vel alium hominem, non curat offendere Deum, qui est plus quàm Pater, plus quàm Dominus, plus quàm benefactor noster. Quocirca fac quod scribit S. Basilius: Nullo modo impediri debet, qui Dei voluntatem facere velit, siue ea sit ex mandato Dei, siue ex ratione à mandato Dei non alienâ, neque faciens impedire se volens cuiquam auscultare, licet ille arctissimâ ipsi necessitate committus sit, sed in susceptâ deliberatione permanere.

Quarto, Considera, longè maiora esse bona, quibus te priuas faciendò aliquod malum, vel omittendo bonum ob humanos respectus. Priuas enim te augmentò gratiæ, & pro illo, tibi post mortem reddendo æterno præmio in cælis: quæ duo bona, sunt maiora omni humanâ gratiâ, & omni alio bono & commodo, quod potest percipi à te ab humanâ gratiâ. Hoc & Cicero docet: Cum, inquit, quod vtile videtur in amicitia, cum honesto comparatur, (vt est fauor & gratia huius amici, collata cum obseruantia Regulæ, cum obedientiâ erga Superiorem, cum Dei gratiâ quæ augetur, dum humanis resistitur respectibus ob Dei reuerentiam & amorem) læceat, inquit Cicero, vilitatis species, valeat honestas. Cum autem in amicitia quæ honesta non sunt, postulantur, (vt sunt transgressiones legum Dei vel Ecclesiæ) Religio & Fides, (Deo per vota & tot bona proposita data, & obligata toties) anseponantur amicitia. Deinde etsi non esset vllum augmentum gratiæ, vel spes præmij æterni, solus gustus & consolatio Dei, quam percipit ex mortificatione humanorum respectuum, eius causa factâ, & alter gustus ac delectatio quam sentit ex fugâ illius mali, & executione illius boni, quod negligitur ob respectum alterius hominis, satis esse deberet, ad tibi (si ingenuus es, & gratus filius ac fidelis seruus Dei) immutabiliter persuadendum fugam perpetuam, & victoriam omnium humanorum respectuum, quibus succumbentes in Dei causa meritò deplorantur à S. Ioanne Chrysostomo: Doleo & lugeo, dum ad hominum opinionem spectamus, & gloriam ab illis venamur &c. Idcirco mihi maror est, & indestinens dolor cordi meo, quia neque Dei promissiones, neque munerum magnitudo, neque regni desiderium, & amorem nobis ingenerant, verum adhuc humi reptantes, præelegimus terrena celestibus, presentia futuris, & ea quæ prius auolant quàm spectentur, his, quæ omnibus durant seculis, breuem hanc presentis vite felicitatem æternis illis & sine carentibus bonis. Ommitto alia bona, quæ impediuntur per humanos respectus.

Quinto, Considera multò grauiora esse mala quæ incutris, bona omittendo, vel mala facien-

36. in Moral. Reg. 19. CAP. I.

37. h. 24. in Gen.

do ob humanos respectus, quàm sint illa mala quæ metuis, & quæ ne incurras offendendo amicum, negligis, vel omittis aliqua bona, & facis aliqua mala.

I. *Malum, quod incurris, est Dei offensa, & quidem eius Dei, qui vel in hac vel in alterâ vitâ te punit ob ea quæ facis, vel omittis in gratiam hominum, minus curando gratiam eius. Erubescere & emenda te. Nam nec bestia audent talia contra eos à quibus timent aliquid, ideò eos eminùs fugiunt.*

II. *Malum est, Animæ conspurcatio, ad eò abominabilis, vt si esset aliquis tot virtutibus plenus, quot erat Christi Domini humanitas, & Sacrosancta Deipara, & esset maculatus solo vnico peccato veniali (quod sæpè incurritur, dum nolumus resistere humanis respectibus) post mortem non admitteretur ad videndum Deum facie ad faciem. Pondera hoc, & vt id benè penetres, considera te omnes illos humanos respectus non curaturum, quos modò curas, & ob quos multa mala facis, & multa (vel saltem aliqua) bona omittis, in gratiam alicuius hominis, si certò scires vel crederes, te per id alienaturum à te perpetuò animos omnium Superiorum tuorum, omnium externorum, omnium domesticorum, & certò crederes, omnes istos te viso à te fugituros, & te ad suum non tantum conuictum, sed nec ad aspectum quidem admittituros, omnino vinceres ob tanti mali metum, omnes humanos respectus. Atqui maius malum est, reddere se indignum, vel ad modicum tempus, Diuino aspectu, & quidem ob iustam indignationem Dei, te ab illo arcantis. Cur ergo id non curas?*

III. *Malum est, Quædam (hominum more loquendo, in Sacra Scripturâ vñtato,) contristatio Dei, cuius causa sunt etiam venialia peccata, teste Apostolo: qui inter res contristantes Deum, numerat etiam peccata venialia.*

Eph. 4.  
30.

Reg. bre-  
u. 23.

Quâ de te miramur legimus sententiam apud S. Basilium, qui ait, contristari Spiritum Sanctum, etiam re, quæ vix videtur habere speciem venialis peccati: In vniuersum, inquit, omne verbum, quod ad propositum in Domino vsu non facit, vitiosum est: & ad eò magnum est huiusmodi verbi periculum, vt licet genere ipso, de numero bonorum sit, tamen nisi ad adificationem fidei dirigatur, nequaquam propter eò quòd bonum sit, liber sit à periculo, qui illud loquens sit, quippe qui videlicet ex eo quòd ad adificationem illud non accommodauerit, contristare noscitur Spiritum S. Dei. Hoc enim aperitè docuit Apostolus cum dixit: omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad adificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et subiicit illud: Nolite contristare Spiritum S. Dei, in quo signati estis. Quàm autem pernicio-sa res sit, contristare Spiritum S. de hoc verò quid opus est vt dicatur: Si ergo iudicio S. Basilij sermo bonus contristat Spiritum S. Dei, ob id solùm, si non referatur ad finem bonum, & ad adificationem

Eph. 4.  
29, 30.

aliorum, quòd magis res per se malæ, & à legibus vitæ, & domesticam disciplinam perturbantes, & à Superioribus improbatæ, Spiritum S. contristant, si fiant ob humanos respectus, ne contristetur homo?

IV. *Malum est, proueniens ex humanis respectibus, in occasione venialis peccati committendi non superatis, Animæ & potentiæ eius vulneratio. Quodlibet enim peccatum veniale eam vulnerat, vt quodlibet mortale peccatum spiritualiter occidit, vt docent SS. Patres cum S. Thoma. Quodlibet autem tale vulnus, est ad eò incurabile, vt nec Beatissimæ Virginis Mariæ, nec Omnium Sanctorum merita & preces per se sufficiant, ad abolendum etiam vnicum & leuissimum veniale peccatum, sed omnino opus sit sanguinis Christi, eiusque vitæ, Passionis ac mortis meritum infinitorum applicatione, illud curari. Apprehende igitur, quàm graue sit malum, quoduis etiam minimum veniale peccatum, ex humanis respectibus non victis emanans, & agnosce, quàm perniciosi sunt non victi humani respectus.*

V. *Malum est, impedimentum spiritualis profectus, quem, vt docet S. Thomas & quotidiana experientia, Peccata venialia impediunt, fere semper ex non victis humanis respectibus nascuntia, & non iuuant auxilia efficaciam Diuinæ gratiæ, quæ Deus negare solet ob peccata, personis curantibus magis humanam gratiã, quam suam, & non curantibus offendere & contristare Deum, dummodò non offendant & contristent hominem, à quo sperant vel fauorem aliquem, vel cuius vexationem, & per eum sui depressionem, timent, vt docent Theologi graues & SS. Patres.*

VI. *Malum est, Conscientiæ perpetuus remorsus. Nam, vt ait S. Augustinus, & S. Gregorius, inter omnes tribulationes humanæ animæ, nulla est maior quàm conscientia delictorum. Hæc autem est partus respectuum humanorum. tristis, inquit Quintilianus, recordatio! ò tormentum omnibus grauius conscientia! Vbi autem conscientia remorsibus internis perturbata est, ibi est in rebus Diuinis ariditas, & carentia illorum solatorum, quæ vitæ Religiosa & spiritualis suis Quædam Sanctis, & conceduntur videntibus humanos respectus. Vnde iis laborantibus, aptè accommodari potest illud dictum à S. Basilio Episcopo Cæsariense, cuidam Senatori, post mundum relictum, negligenter in vitâ Monasticâ viuenti: Et Senatorem perdidisti, & monachum non fecisti. Contrarium autem experiuntur benè viuentes & humanos respectus gloriose calcantes: Est enim mentis optima diligentia, inquit S. Ambrosius, vt Verbo Dei intentæ, nihil faciat irrationabile, vnde tristitiam subeat, & iugiter actuum suorum benè conscientia, latitiam bona seruet conscientia. Quod enim bonum, hoc sine inuore, & sine tristitia est: id est, securi-*

Orig. h. 8.  
in Num.  
Baf. or. in  
Iulit.  
Aug. h. 22.  
ciu. c. 6.  
Bea. f. 18.  
in Cant.  
Th. 1. 1. q.  
85. a. 3.

1. p. q. 87.  
a. 1. ad 1.  
fere Salas. 1.  
q. 88. d. 16.  
L. 1. 3. m. 64.  
L. 1. de  
Itaru. c. 1.  
q. 8. m. 97.  
99. Et  
Arias de  
imit. B.  
V. ca. 4.  
Roder. 1.  
p. 1. r. 1.  
cap. 10. &  
88. Pat.  
quos ibi  
citat.  
38.  
Nigr. tr.  
10. p. 4. c.  
4. Lug. 6.  
Aug. in  
Phil. 1. 1.  
Greg. in  
Phil. 1. 1.  
Qu. Dec. 1.  
12. 6. 16.

39.  
Cast. 1.  
Inst. 1.  
40.  
Amb. 1.  
de Abrab.  
cap. 3.  
1418

tatis & gratia plenum. Possessio enim iusti grata est Deo, insipientium autem nullus est gradus. Ideo Isaias appropinquante bono ait: Fugit dolor & tristitia & gemitus. Ioannes quoque in Apocalypsi: Et ille, inquit, Deus cum illis erit, & delebit omnem lachrymam de oculis eorum. & mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque dolor ulterius.

41. VII. Malum est, mortis amaritudo & perturbatio, quam incurrit humanis respectibus laborantes, in mortis articulo; & ante illum, metus grauis iudicij; remordente conscientia eos acriter. Fugit impius nemine persequente, ait Spiritus sanctus. Quod ponderans S. Chrysol. Quomodo persequente nemine, fugit? Intus agentem habet conscientia accusatorem. & hunc vbique circumfert; & sic se ipsum non potest fugere, sic nec intrinsecus ipsum agitantem; sed quocumque abeat, flagellatur, & vulnus habet immedicabile. At non talis iustus, sed qualis, audis iustus tanquam leo, inquit, confidit. Talis erat Helias: Vidit ad se Regem venientem (terribiliorem, & metuendum magis, quam sint omnes illi, ob quorum respectum multi bona multa omittunt, vel facere erubescunt) & dicente illo: Tunc es qui conturbas Israel: (quibus similia imperfecti, dicere solent us, qui perfectius viuere conantur) Non ego turbavi Israel, sed tu. & domus Patris tui. Verè iustus vt leo confidit: Sicut enim leo, in Regem, tanquam in vitem catalum quandam insurrexit. Leonis arma, iubarum horror, vnguium mucro, & dentes acuti, arma iusti, sapientia, temperantia, patientia; presentium contemptus omnium. Hec arma quisquis habet, non homines tantum improbos, sed & ipsas aduersarias potestates deridebit.

42. Econtrario ij, qui ob humanos respectus conscientij sunt se offendisse Deum, sæpe torquentur in horâ mortis iusto metu Diuini iudicij, in quo nullus erit misericordiae locus: Siquidem aliquando viri sancti hoc reformidabant ad inuentum terrorem improbis & dycolis. Quis enim, inquit S. Gregorius Nyssenus, terribili iudicij recordatus, non statim in conscientia sua, quasi conuclitur: ac terrore & angore non constringitur: etiam si vita melius quam deterius acta conscientia sit, attamen ad exactam diligentiam & rigorem iudicij respiciens, in quo minime quoque culpa in questionem adducuntur, conseruatur, ac prorsus expectatione terribilium poenarum perhorrescit, ignorans, quisnam sibi iudicij exitus & euentus futurus sit. Si ergo humidum lignum timet ignem, aridum quomodo non timeat?

VIII. Malum est, neglectum lucrum innumerabilem bonorum aeternorum, quæ non assequuntur ij, qui ob humanos respectus omittunt Exercitium aliquorum bonorum operum. Bona enim illa opera, quæ ob humanos respectus omittuntur vel negliguntur, longè sunt maioris momenti & pretij, quam calix aquæ frigidae sicuti datus, tantoperè commendatus à Christo, & promissa aeternâ mercede honoratus. Sane si mercator etiam ditissimus antea, certò sci-

ret se non assecuturum lucrum mille ducatorum, omitendo aliquod opus bonum, vel simile vel æquale illi operi, quod omittit, ne contristes alium, vel ne offendas, nullo modo illud omitteret ob humanos respectus. Cum ergo tu scias & credas, minimum gloriæ gradum, esse præstantiorem & tibi vtiliorem pro æternitate, & pro spe, ac inde orto solatio in hac vitâ, quam sint omnes omnium hominum thesauri, cum hac vitâ finem habituri, & per se post alteram vitam nulli profuturi, magna dementia est, ob respectus humanos tantorum lucrorum iacturam facere, seu hæc lucra non acquirere, quæ à quouis iusto, quolibet minimo supernaturali opere acquiruntur si in Deo sine facta.

IX. Malum est, incredibilis poenarum Purgatorij acerbitas, quibus seuerissimè puniuntur à Deo, mala commissa ob humanos respectus; sunt enim longè grauiora, quam, ceteris paribus, alia mala sine humanis respectibus commissa ob has causas.

Primò, Quia ob humanos respectus peccans, re ipsa, etsi non assensu explicito (alioquin esset hæreticus, si id crederet) ostendit digniorem esse hominem quam Deum, cui satisfiat, siquidem hunc audet offendere, potius quam illum. Ideò enim ob humanos respectus aliquid malè faciens, illud facit, ne hominem aliquem contristet vel offendant.

Secundò, Quia ob humanos respectus peccans, re & facto (etsi non assensu explicito) ostendit, se non putare Deum esse præsentem, & videre quæ ob humanos respectus facit, vel omittit. Nam si sciret hic esse propè Superiorem aliquem, quem timet, ex foramine aliquo se aspicientem, certè non auderet id facere vel omittit, quod facit & omittit, putans se à Superiore suo videri, & illum ea resciturum. Simili ergo modo, qui verè hic & nunc, putaret se videri à Deo, ob humanos respectus aliquid facientem, & re ipsa, non speculatio assensu, agnosceret Deo id displicere, nil faceret vel omittit ob humanos respectus. Quis oro, inquit

B. Laurentius Iustinianus, tam superbus, tamq. insano captus esset amore, vt ante sibi assistentem iudicem, ipsius præsumeret in sua contemnere: statuta violare: decreta negligere? Hinc humana quantâ sit redargutione digna temeritas, patenter aduertitur. Vbi que siquidem & absque dubietate præsens est Dominus, singulorum acta inuictur, cordum secreta rimatur, cogitationum, affectionum, & intentionum perlustrat arcana, atque vniuersa sine errore aliquo perspicacius ac excellentius ipsi sunt nota, quam eis, in quorum mente versantur: & nihilominus miseri mortales, cupiditatis voluptate illecti, infidelitatisq. (scilicet de Dei præsentia omnia vbique videntis) caligine obuoluti, minime formidant ipsius Diuinitatem (sibi præsentem) offendere, indignationem incurrere, iustitiam prouocare, vtili pendere legem, (regulas) sicq. impudenter delinquere, ac si deesset Iudex, cunctaq. facinora reman-

uerent

Concil. Trid. l. 6. c. 16. cap. 23.

43. l. de obedient. c. 24.

nerent multa. Hoc totum ex defectu fidei, ex carentia deuotionis, atque ex obedientia transgressione accidere, perspicuum est. Da summa Veritatis splendore illustratum, da formatae fidei gratia purificatum: Da perfecte charitatis nuptialium indumento vestitum, da deuotionis sanctae suauitate refectum, da prostrando obtemperantem Deo; & caelestia atque Superiorum praecepta seruantem, & agnosces, huiusmodi mundum spernere, carnis oblectamenta vitare, nec non abhorere, quod temporaliter arridet, quod est honoris, quod gaudij, quod voluptatis, quod saeculi. Hoc est, non curabit promoueri ad speciosa, habere fauentes caeculos, sed ut pergit idem Sanctus, omnia haec parui pendit, & arbutur ut stercora, ut iustificat Christum, in quo, cunctis his meliora abundantius, delectabilius, fructuosiusque se percepturum esse non dubitat. Nimirum & in oratione, in hac vita, & postea in caelo & aeternitate beatam, respectu cuius, omnes hominum fauores, & laudes, & solatio, sunt tanquam in stilla stulae, & tanquam momentanea statera, ut loquitur Isaias Propheta, sic vniuersos homines appellans, & incolas quasi puluerem exiguum.

c. 40. 15.

Aug in Ench. c. 99 & l. de cura pro mort. & habetur 13. q. 2. c. cum tempus. Anselm. 1. Cor. 3.

44. Gr. l. 4. dial. c. 37. 39. 58. Th. Opus. 62. s. Curia Dei de creaturis. Calet. to. 1. Opusc. 11. q. 5. Rod. 2. q. 9. 97. 98. Gert. 1. s. c. 19. inl. diu. pier.

to. 2. q. 9. a. 3.

Terrio, in peccatis ob humanos respectus commissis, inuoluitur implicita quaedam, ut loquimur in Scholis, seu virtualis existimatio, quod maiora sint illa bona, ob quae sperata offendiunt Deas, per humanos respectus, quam aeterna praemia in caelis, quae sciuntur a Deo data esse iis, qui vincunt humanos respectus, & ob illos non faciunt illa mala, nec omittunt illa bona, quae solent fieri, & omitti ab iis, qui humanis respectibus vineantur.

Idem & S. Augustinus, & S. Anselmus, & S. Gregorius Papa, & S. Thomas, & Caietanus, & Emanuel Rodericus, expressè docent, & Christus Dominus id dixit S. Gertrudi, iustis defunctis, non omnibus prodesse suffragia post mortem, sed iis tantum, qui in vita id meruerunt, ut eis post mortem prodesse. Etiam S. Gertrudis Virgo Benedictina, ut scribitur in libris Institutionum Diuinae pietatis, Christi in illis editis, & ab eo approbatis, vidit quaedam animam in purgatorio, quae communibus suffragiis Ecclesiae adiuari non poterat, usque dum aliquantulum purgata, Deo misericorditer deponeret illud pondus culparum (erant autem iniquitatae culparum, ab ea neglectae) quod sibi inuoluit, ut non participaret suffragiis Ecclesiae, quae singulis momentis descendunt super purgandos, velut ros saluberrimus, & refrigerium iuuantis, seu potius dulcissime refectiois. Quae de re videtur potest Emanuel Rodericus in suis quaestionibus Regularibus & Canonicis.

Praudenter autem rem ponderando, non videntur iij mereri post mortem suffragiorum auxilia, qui dum viuerent, plures faciebant homines quam Deum, cedendo humanis respectibus, & ut ait Iaco, citato Rodericus, Qui non habebant specialem deuotionem erga clauem Ecclesiae dominum, indulgentiarum, nec erant solliciti ad satisfaciendum pro peccatis suis propriis, nec misericordes ad alios, & solliciti ad suffragandum defunctis.

ciendum pro peccatis suis propriis, nec misericordes ad alios, & solliciti ad suffragandum defunctis.

Ad confirmationem huius dicti a magno viro & de omnibus Regularibus bene merito ex Sanctissimo Ordine S. Francisci, valet id, quod scripsit nosser P. Virgilius Ceparius Confessarius extraordinarius & Instructor in Spiritu B. Mariae Magdalena de Pazzis, in vita huius Beatae Romae impressa, visam esse a B. M. Magdalena de Pazzis quandam Monalem sui Ordinis & Monasterij, post 15. horarum purgatorium iusse ad caelum, & causam tam velocis transitus ad caelum fuisse, quia in hac vita valde multa passa erat, & magnifici indulgentias Ecclesiasticas. Et ut ego existimo, qui non erant feruentes in bonis operibus, & qui frequenter peccabant venialiter sine scrupulo, & plures aestimabant mala & bona temporalia quam aeterna & caelestia, quae ob humanos respectus non curabant. Magna haec est causa & materia purgatorij, quia ob leuios respectus humanos, fuit in purgatorio 16. diebus quaedam Monialis Carmelitana Florentina ex eodem Monasterio: Nimirum, quia aliquando ob humanos respectus, non manuit Superiores Monasterij de aliquare, ad quam se sentiebat inspirari, conueniente bonum flatum sui Monasterij. Ut scribitur a Puccino in vita B. Mariae Magdalena de Pazzis, cui hoc diuinitus fuit reuelatum. Quot ergo magis peccata manifestè commissa, ob humanos respectus, sunt, causa purgatorij, vel si non ob humanos respectus, saltem ob alias aliquas non aequè nobiles ac diuinas occupationes, negligebant alias, vel non curabant, vel omitebant, nimis solliciti de successu bono earum, ob quem vanè sperant, multi spiritualia & Diuina negligunt, vel perfunctorie expediunt. Talibus conuenit illud S. Chryostomi monitum: Ne cures tua cura nimia, & res spirituales opprimere, sed ea Deo dimitte. Nam si satagas, tanquam homo satagis, si verò dimittas, Deus prouidebit. Si verò & ipse spiritualibus omisus ea tractaueris, non multum torum ipse curam geret (sive sint Examina, sive defensus, sive impugatio Thesum, sive praeparatio Concionis, sive alia) ut igitur & haec tibi bene disponantur, & omni cura libereris, spiritualia tene, contemne secularia: hoc est, occupationes cum secularibus communes, quibus ij magis quam spiritualibus ac diuinis sese solent impendere. Contemne ergo illa omnia, quae te à rebus spiritualibus auocent, contemne omnes humanos respectus, propter respectum Dei, & soleris te praeclearo illo solatio, quod dat S. Chryostomus alibi despicentibus humanos respectus: Si Deus, inquit, in tantà multitudine inueniat hominem vitium, quae sibi sunt placita facientem, non despicit, sed sua illum dignatur cura, & tantò maiorem illius rationem habet, quanto tot tantique sint, qui cum ad malum trahunt, ipse constantius virtutis viam seclatur. Id scietes, ad id vnum spectemus, quod ipsi placet, & efficit, ut ipsius gratiam in nobis concitemus: neque horum amicitia

c. 44.

c. 64. pag. 161. Rom. ed.

45. h. 76. ad pop.

46. h. 22. in Gencl.

*ciis neque consuetudini (violantium Regulas & Sæcra Ordinis) seruiamus, vt virtutis faciamus iacturam: sed Dei longanimitate prout decet, vt amur, & dum adhuc tempus habemus, omnem deponentes ignauiam, virtutem amemus, peccatumq; odio habeamus. Nisi enim & ad istam amorem & desiderio quodammodo immenso nos contulerimus, & ignauiam valde oderimus, neque huius damnum effugere, neque illam amplexari poterimus. Quocirca, vt etiam monet S. Augustinus, Tanto amore ardeas Regni colorum, vt omnium resistendum & a proposito reuocantium linguas contemas, & persecutiones eorum derideas, dices: Rom. 8. Quis me separabit à Christi charitate? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum enim, inquit, Quia neque mors, neque vita, neque Angelus, neque Principatus, neque presentia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.*

Porò notandum est, non tantum displicere Deo humanos respectus, dum propter illos, malum aliquod committimus, sed etiam dum omitimus bonum, aliaque quæ tunc facere debemus. Ostendit hoc Deus in sancta Francisca Romanâ, valde dilecta famulâ suâ: Nam cum in domo mariti multæ semina præsentis, introduxissent colloquium aliquantulum vanum, et illud displiceret sanctæ, tamen cum ob quendam vanum timorem & respectum humanum, non esset ausa interrompere illum discursum, ad quem interrompendum se valde stimulari sentiebat, eam ob omissionem, eius Angelus Custos ad eam vehementer illam percussit (vti alias in similibus defectibus faciebat Dei iussu) vt omnes astantes eam percipientes audierunt, quamuis aduertere non potuerint per cussorem.

CAPVT QVINTVM.

*De excitanda animi Applicatione maiore ad curam sui, & rerum spiritualium per meditationes quotidianas, sed maxime per hanc Octiduanam Recollectionem.*

PRæter impedimentum externum ab hominibus oriri solitum, est aliud æquè frequens situm in maiore applicatione animi ad res naturales quàm supernaturales: ad res humano iudicio magis speciosas, minùs diuino, quàm ad res infallibili ac certissimo verissimoque Dei iudicio magis speciosas, magis pretiosas, magis necessarias, magis vtilis, & magis homine dignas, & quæ magis à quauis rationali creaturâ amari, desiderari, quæri, retineri, auergerique, & in horas magis ac magis perfici, aliisque commendari & suaderi deberent, in omni occasione & statu, & conditione vitæ presentis. Hinc fit, vt multi diligentius se præparent ad disputationem, vel defensionem, vel concionem, quàm

ad Meditationem: Hinc fit, vt diligentius & auidius, & delectabilius legant libros profanos quàm meditentur & legant libros spirituales & sacros: Hinc fit, vt non afficiantur tædio, si re-creatio protendatur ultra horam, vt afficiuntur, si Meditatio casu aliquo sit vnâ horâ longior, imò & ipsa hora non sine tædio traducitur: Hinc fit, vt libentius quærant socios de rebus vanis, & nugis collocuturos, daturus materiam pro offendendo Deo, & pro penis in purgatorio luendis, quàm eos qui de rebus spiritualibus loquiscuntur, & daturum multorum meritorum & coronatum in cælis, per piorum sermonum materiam, & per multorum supernaturalium affectuum Diuinæ Maiestati acceptissimorum, tunc excitati solitorum, copiam, Deus bone, vnde tanta cæcitas & inconsideratio nascitur in homine ratione prædito, qui aliàs in rebus humanis sine difficultate, non habens necessitatem se per considerationes vllas excitandi, semper, semper, semper in cibis eligit illū, qui melior est, idem in vestibus, in domicilio, in suppellectili quauis, denique in curâ corporis maiore, quàm habeatur animæ, vt cum dolore ponderant & S. Chryl. & S. Bernardus & Saluianus, & pro solâ animâ nostrâ minùs eliguntur, quæ ei magis profunt, & magis quæruntur ea, quæ ei & in hac vitâ & in alterâ obsunt. Quocirca pondera huius rei indignitatem, & talium stultitiam extremam, & quantis malis se onerant, & quot bonis se priuant, applicando se magis ad minorâ lucra amanda, quærenda, & tractanda, & resolute ob Dei respectum, reuerentiam, & amorem, & ob eximia eius erga te beneficia accepta, & sperata, si non magis, saltè æquè applicare te ad faciendâ, cum omni diligentia in Domino, ea omnia, quæ per se & naturâ suâ sunt supernaturalia, & spectant ad immediatum Dei cultum, & Exercitium supernaturalium virtutum, vt te applicas ad negotia & occupationes naturales studendi, disputandi, colloquendi, humana negotia alia tractandi, domi & foris. Et, si non vis magis amare aurum, & quærere argentum & gemmas, quàm plumbū & ferrum, saltè equè illa ama & quære, ac ista, ob Dei respectum & amorem, qui id à te exigit, & quidem non ob suum (quod ei augere & addere non potes) sed ob solum & totale bonum ac commodum tuum. Cur anima, inquit S. Bernardus, quæ est immortalis, non similia sibi immortalia appetit & eterna: vt, quod est, appareat, & quod facta est, viuat: Ceterum contraria sapit & quærit, & mortalibus sese degeneri conuersatione conformans, immortalitatis candorem, quodam mortiferæ consuetudinis picco odore denigrat. Quid nî mortaliū appetitus immortalẽ mortali similem, immortalis dissimilem faciat? Qui tangit picem, inquit Sapiens, inquinabitur ab eâ. Fruendo mortalibus mortalitatem se induit, & vessem immortalitatis incidente mortis similitudine decolorauit: non exiit &c. Quid tu anima

47. Chr. h. 60. in c. 18. Matth. Ber. Apol. ad Sal. Ab. col. 7. Sal. l. 3. ad Eccl. Reg. r. Comm.

ser. 82. in Cant.

Eccl. 13. 1.

114

Vin. Ro. me edita An. 1639. Luc. 11.